

est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. **A**s-  
cendit ad celos sedet ad dexteram patris. **E**t iterum  
uenturus est cum gloria iudicare uiuos & mor-  
tuos. **Q**uius regni non erit finis. **E**t in spiritum sanctum  
dominum & uiuificantem. **Q**ui ex patre filioque pro-  
cedit. qui cum patre filio simul adoratur & con-  
glorificatur. **Q**ui locutus est per prophetas. **E**t in unam  
sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. **C**onfiteor  
unum baptismata in remissionem peccatorum. **E**t  
expecto resurrectionem mortuorum. **E**t uitam uen-  
turi seculi amen. **In exitu exemplar fidei ca-**

**D**ivicumque uult saluus esse ante **tholice.**  
**O**mnia opus est ut teneat catholicam fidem.  
Quam nisi quisque integram inuiolatamque serua-  
uerit: absque dubio in eternum peribit. **F**ides autem  
catholica hec est: ut unum deum in trinitate et  
trinitatem in unitate ueneremur. **N**eq; confu-  
dentes personas: neque substantia separantes. **A**lia  
est enim persona patris: alia filii. alia spiritus sancti.